



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

288. An ejectia à Religione, vel dimissi à Superioribus ex Societate JESV
reincidant in irregularitatem ex defectu natalium, ita ut non possint
exercere ordines receptos, nec ad alia promoveri? Et ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

verò Regularium datum est, ne Religiones impediatur quo minus vtantur opera Religioforum aliis idoneorum in iis muneribus, ad quæ honestum, vtile, aut necessarium iudicauerint ipsos promouere. Vnde exceptio facta quoad istas Dignitates in Priuilegio Campegiarum, nullatenus concluderet eam similiter faciendam, aut subintelligendam esse Priuilegio Regularium; pro quo necesse non est producere communes, & notas regulas interpretationis Priuilegiorum ex intentione; & scopo concedentis; & circumstantiis concessionis.

In Collegio Romano Societ. Iesu 8. Aprilis 1651.

Martinus de Esparza Soc. Iesu.

Limitationem appositam DD. de Campegiis non derogare Priuilegiis Regularium Consueo rationibus supra adductis motus, salua &c.

In conuentu S. Mariz super Mineruam 8. Aprilis.

Fr. Clemens Alvarez M. & Reg. Minerva.

Conseo propter rationes à R. P. Diana allatas factis, superque ostensum, nullam esse paritatem inter Priuilegium DD. de Campegiis, & Priuilegium Regularium, in casu, de quo agitur, propterea que perfito in eadem sententia.

Torquatus Cuppis Societatis Iesu.

RESOL. CCLXXXVIII.

An eiekti à Religione, vel dimissi à Superioribus ex Societate Iesu reincidant in irregularitatem, ex defectu natalium ita vt non possint exercere Ordines receptos, neque ad alia promoueri?

Et quid est dicendum de Religioso illegitimo post annullatam professionem, an possit post latam sententiam in seculum rediens exercere susceptos Ordines, & ad alios promoueri?

Et notatur professionem non solum tollere irregularitatem ad Ordines suscipiendos, sed etiam quoad Ordinem suum susceptorum.

Et an ex Declaratione Sacra Cardinal. Congregationis eiekti à Religione, & extra illam degentes sint perpetuo suspensi ab exercitio Ordinum, sublata Ordinarius locorum facultate dictam suspensionem relaxandi aut moderandi? Ex p. 4. tr. 2. Ref. 66.

§. 1. Hic casus frequenter potest accidere, & est difficilis & curiosus, & ad illum negatiue respondet Sanchez in summa tom. 2. lib. 5. cap. 5. numer. 14. asserens supradictos posse in Ordinibus susceptis in Religione ministrare, & in alios nondum promotos promoueri, & probat hoc ex multis rationibus.

Sed aduersus illum insurgit nouissime Hieronym. Rodriguez in compend. question. regular. resolution. 76. numer. 7. qui respondet ad omnia argumenta quæ ipse adducit, & hanc sententiam tenet etiam Miranda in manual. Pralat. tom. 1. question. 25. articul. 10. conclusio. 1.

2. Quid ego sentiam, dicam breuiter. Opinio Sanchez absolute quoad eiektos aliarum Religionum probabilis mihi videtur, & illam tenet Villalobos in summa. tom. 1. tractat. 13. difficultat. 60. numer. 6. & Peyrinus de religion. Pralat. tom. 2. question. 2. capit. 5. §. 9. numer. 199. in fine, ex ratione vbi infra. Verum quoad dimissos ex Societate Iesu vto puto non posse ad Ordines promoueri post egressionem, & ita docet ex eadem Societate Turrianus de censur. libro nono, disputat. 72. dubitatio. 2. vbi sic ait. Ad-

dendum est hanc irregularitatem ex defectu natalium tolli per emissionem trium votorum simplicium post biennium in Societate nostra, quia per illa verè sunt Religiosi, vt definitum est à Gregor. XIII. in constitution. Ascendente Domino. Difficultas verò esse potest, an si quis dimitteretur à Societate post talia vota, ante susceptionem tamen Ordinis, intelligeretur, quasi reuiscens ea irregularitas, vt non possit Ordines suscipere sine dispensatione; & quamuis res sit dubia, mihi est probabilis necessariam esse dispensationem, quia prædictus fauor concessus videtur iis, qui ita sunt Religiosi, vt in eo statu suscipiant Ordines. Ita Turrianus.

3. Adde quòd est dispar ratio inter dimissos à Societate, & eiektos ab aliis Religionibus, nam dimissi à Societate, vt patet in dicta constitutione Gregor. XIII. & obseruat Hieronymus Rodriguez vbi supra, & docet Sanctarellus tractat. de Apostasia capit. 7. dubitat. 2. numer. 10. manent omnino soluti à vinculo monachatus, & à votis Religionis, eiekti verò ab aliis Religionibus, vt obseruat Peyrinus loco citat. & alij communiter; quamuis propter delicta expelluntur ab Ordine, non per hoc definiunt esse Religiosi, & tenentur ad vota eo modo quo docent DD. quos citat & sequitur Sanctarellus vbi supra capit. 6. dub. 1. numer. 1. non est ergo mirum si isti possunt gaudere post eiektionem à Religione aliquibus priuilegiis Religioni concessis, & dimissi à Societate Iesu minimè; quia hi post dictam dimissionem sunt meri seculares, illi verò post eiektionem minimè, sed remanent veri Religiosi. Prælati enim per illam expulsionem non possunt facere de Monacho non Monachum, vt notat Rodriguez loco citat. resolution. 57. numer. 6. & alij, ergo, &c. Verum his non obstantibus non nego contrariam sententiam esse probabilem, quam tuetur nouissime Barbosa de iure Pontificio libro primo, capit. 42. numer. 192. vbi citat Suarez & Sanctarellum, asserentes eiektos à Societate Iesu non reincidere in pristinam irregularitatem ex defectu natalium; mihi verò, vt dixi, sententia Turriani magis placet. Sed quid dicendum de Religioso illegitimo post annullatam professionem, potestne post latam sententiam in seculum rediens exercere susceptos Ordines, & ad alios promoueri? Affirmatiue respondet Peyrinus loco citat. de relig. Pralat. tome secundo, question. 2. capit. 5. §. 9. numer. 149. qui citat Sanchez. Sed ipse de hoc casu in illo loco non loquitur, sed tantum de illis, qui valide professionem emisserunt, vt qui dimittuntur à Societate, & qui expelluntur propter crimina à Religione, & ideo contrariam sententiam tenendam esse puto, quam in terminis, vt dici solet, terminantibus tenet doctus Aloysius Riccius in praxi tome secundo, resolution. 311. per rotam, & Barbosa, in collect. tome primo, libro primo, titul. 17. capit. 1. numero nono. Ratio est manifesta, nam, vt patet ex communi sensu DD. irregularitas ex defectu natalium tollitur per professionem, sed in casu de quo loquimur, non fuit vera professio, sed nulla; ergo dictam irregularitatem tollere minimè potuit. Alias rationes adducit Riccius vbi supra, quas tu videre poteris.

4. Notandum est hic obiter professionem non solum tollere irregularitatem quoad Ordines suscipiendos, sed etiam quoad vltim Ordinum susceptorum. Vide Sanctarellum variar. resolut. part. 1. question. 39. numero octauo, Vecchium in praxi nouit. disputat. 13. dub. 6. numer. 3. & alios penes ipsos. Nota tamen, quod post hæc scripta inueni, sacram Cardinalium Congregationem sub die 21. Septembris anno 1624. declarasse, eiektos à Religione & extra

Supr. hoc supra in Refol. 285. §. vii.

Supr hoc supra in Refol. 193 §. vii.

illam degentes, esse perpetuo suspensos ab exercitio Ordinum, sublata Ordinarii locorum facultate dictam suspensionem relaxandi ac moderandi.

RESOL. CCLXXXIX.

An spectet ad Praelatos Regulares iudicare circa suos subditos, an defectus corporis sit ita notabilis, ut inducat irregularitatem, vel non?

Et an qui aures non habet, sit irregularis?

Et an Praelati Regulares possint dispensare cum suis subditis in irregularitate ex vitio corporis proveniente ut v.g. cum illo, qui digito caret, non tamen pulgari, vel pollice: qui caret oculo dextro, vel sinistro; auribus, vel pede, & ambulat cum pede ligneo, vel habet manus tremulas, &c. Ex p. 4. tr. 1. Rel. 73.

§. 1. Circa Clericos saeculares spectare id ad Episcopum, firmavi ego ipse in part. 3. tr. 6. ref. 61. quoad Regulares id ad suos Superiores minime spectare, tradunt Barbosa de potest. Episc. part. 2. alleg. 4. 2. n. vlt. Campanili in dixer. iur. Cen. rubr. 11. c. 17. num. 204. Henriquez lib. 13. cap. 14. §. 1. & nouissimè Hieronymus Rodriguez in compend. qq. Regul. res. sol. 52. numer. 17.

Quae nunc est in cō. 5. tr. 5. Ref. 62. & in aliis praedicti tr. & quāvis non pienē sup. hac, & seq. quāstio- nibus con- tētis in hac Ref. legē- ra- men Ref. au- aor. seq.

2. Verum affirmatiuam sententiam tenet Peyrinus tom. 2. de relig. Praelat. quast. 4. cap. 4. numer. 24. Auila de censur. part. 7. disput. 3. dub. 2. Layman lib. 2. tract. 5. part. 5. cap. 7. numer. 6. Miranda in manual. Praelat. tom. 2. quastion. 8. articul. 3. conclusio. 3. & Bartholomaeus de Vecchis in praxi notit. disputat. 9. dubit. 21. num. 3. Suarez de censur. disputat. 5. sect. 3. numer. 16. & haec opinio videtur mihi probabilis cum Petro Cornejo in 3. part. D. Thoma tractat. 5. de irregularitat. disputat. 12. quastion. 2. quia hoc magis spectat ad iurisdictionem Episcopalem quam ipsi Praelati habent, quam ad Ordinis characterem. Aduertit tamen Layman, Suarez, Vecchius & Miranda ubi supra, liberum esse Episcopo qui daturus est Ordines, admittere, vel reiicere tale arbitrium factum à Praefato Religionis Praelato circa defectum corporis subditi sui, ut non inducat irregularitatem. Possunt tamen Praelati regulares auctoritate quasi Episcopali gaudentes dispensare cum suis subditis in irregularitate ex vitio corporis proveniente, dummodo vitium non sit tam foedum, aut turpe, ut ex eo scandalum oriri rationabiliter formidetur. Ita Villalobos & Rodriguez ubi infra à Vecchius loco citat. dubit. 20. numer. 3. Miranda Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 17. concl. 2. & alij, & ita in facti contingentia ego consului potuisse Praelatum dispensare ad sacros Ordines suscipiendos cum subdito, qui digito carebat, non tamen pulgari, siue pollice.

3. Sed difficultas est, an dicti Praelati possint dispensare cum subdito, qui caret pede, & ambulat cum pede ligneo? Affirmatiuam sententiam tenet Villalobos in summa, tom. 1. tractat. 22. difficult. 9. num. 21. Hieronymus Rodriguez in compend. quastion. regul. res. sol. 52. numer. 16. & alij, & haec opinio videtur mihi probabilis, licet aliqui illam non admittant, ut Petrus Cornejo in 3. part. D. Thoma tractat. 5. de irregular. disput. 12. dubit. unica, quastion. vlt. Idem etiam dicendum puto de Religioso si careat oculo dextro, nam cum ipso potest praelatus dispensare, ut tenet Vecchius loco citat. cui adde Peyrinum in privileg. Minim. tomo primo, constitution. 2. Iulij 11. §. 19. numer. 118. qui citat Ioan. de la Cruz, imò licet orbatio oculi sinistri irregularitatem inducat, si oculus dexter tali polleat virtute, ut sine deformi faciei conuersione Canon legi possit;

Sup. conten- to in hoc vers. vlt. ad not. seq. in tom. 1. tr. 5. Ref. 73. vlt.

ad quam rem inferuire potest Missalis accommodatio, puto in tali casu non adesse irregularitatem. Ita Layman lib. 2. tract. 5. part. 5. cap. 7. num. 2. & alij. Ex quibus omnibus ego olim consului potuisse Praelatum dispensare cum Sacerdote sibi subdito, & Maxime in occulto, ad offerendum sacrificium Missae, qui quidem Sacerdos ob manus tremulas, vel ob chitragram, vel ob aliud huiusmodi impedimentum, laboraret aliqua in habilitate obseruandi omnes ceremonias in celebratione Missae conseruatas, dummodo haec impotentia non sit tanta vt ex ea graue oriatur scandalum, & dispensatus possit sine periculo exple ministerium, & maxime sine effusione sanguinis, si habet manus tremulas. Ita Vecchius ubi supra dub. 21. numer. 6.

45 Et tandem notandum est hic obiter contra Nauar. cap. 27. numer. 223. non esse irregularem, qui aures non habet, ita Henriquez lib. 14. cap. 8. num. 1. quod probabile esse puto cum Coninch disp. 18. dub. 13. n. 108. & Auila p. 7. disp. 3. dub. 3. quando crinitus, aut simili ratione defectus iste ita potest regi vt non appareat, nam hoc modo cessat deformitas, quicquid in contrarium cum Nauarro sentiat Vualobus in candelabr. aur. tract. de irregular. tr. de aurium defectu, numer. 4.

RESOL. CCXC.

An praelati Regulares quoad suos subditos possint dispensare super infamia iuris etiam publica? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 1. Ref. 91.

§. 1. Negatiuè respondet Sebastiantus à Bononia tract. de select. part. 2. cap. 4. dub. 87. numer. 1. Bartholomaeus à Vecchis in Praxi Notitior. disput. 9. dub. 22. num. 13. & alij afferentes quod infamia iuris, cuius delictum occultum est, possit per Praelatum regularem dispensari; negant tamen id posse facere, quando delictum esset notorium, & multo minus, quando delinquens talis declaratus esset per iudicis sententiam.

2. Sed cum Laurentius de Peyrinis in Prael. Reg. quast. 2. cap. 5. §. 4. num. 50. probauerit infamiam iuris nullo modo incurri, nisi post iudicis sententiam, ex hoc supposito postea in priuileg. Minim. tom. 3. cap. 2. sup. const. Sixti IV. num. 1. docet, quod priuilegium Eugenij IV. concedentes, quod possint Praelati Minimo- rum infamiam maculam abolere, habet locum in foro exteriori, & in infamia per iudicem declarata, alioquin nihil valeret, quia infamia iuris, ut dictum est, nullo modo incurritur, nisi post iudicis sententiam, & priuilegia semper ita sunt interpretanda, ut aliquid operentur, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, & leges absolute loquentes in utroque foro intelligendae sunt, cum priuilegia sint amplianda. Haec Peyrinus ubi supra.

3. Sed si eius opinio esset vera, magnam quidem auctoritatem Praelati Regulares habent. Verum communiter contrariam sententiam docent Doctores & ideo Portel. in dub. regular. verb. dispens. num. 6. licet ait. Non possunt Provinciales, nec Generales dispensare cum infami notato infamia iuris legitime condemnato, maxime ob crimen nefandum, ut possit celebrare, est enim talis irregularis, & dispensatio cum illo generaret scandalum. Ita ille.

RESOL. CCXCI.

An Praelati Regulares vti possint privilegio Cœcilij Trid. denini cap. 6. sess. 24. de reformatione, quoad dispensationem,